

fuerat Decretali Bonif. VIII. Super Cathedram 2. de Sepul. in Extravag. Comm.

Tit. XXXVIII. De Penit. & Remif.

LXVIII. Decretalis relata in cap. Qui Presbyterum 2. recensens inter impedimenta matrimonii impediencia Presbytericum, abrogata est per contrariam consuetudinem, ut supra n. XXI.

LXIX. Decretalis Innoc. IV. relata in cap. Quod in 11. statutis, ut tempore generalis interdicti sive a Jure, sive ab homine nulla publice divina celebrentur officia, vel ecclesiastica Sacramenta ministrantur, excepta penitentia & viatico pro morientibus, ac penitentia pro cruce signatis, & peregrinis, limitata est a Bonif. VIII. cap. Alma mater 24. de sent. excom. in 6. & ibi Glos. permittente. 1. ut quilibet fidelis etiam corpore sanus admitti possit ad Sacramentum penitentiae, modo non sit excommunicatus, 2. ut in Ecclesiis, & monasteriis in loco interdicti sitis specialiter non interdictis, dummodo nullam causam interdicto dederint, celebrari possint missae, aliaque divina officia sicut prius; submissa tamen voce, Januis clausis, non pulsatis campanis, & interdictis exclusis. 3. ut acquiri, vel amitti possint ex clericorum praesentia, vel absentia distributiones quotidianae. 4. ut in festivitatibus Natalis Domini, Paschae, Pentecostes, & Assumptionis Beatae Virg. pulsari queant campanae, admissis etiam interdictis, dummodo qui sua culpa causam interdicti dederint, Altari non appropinquent.

A Martino V. Constit. Ineffabilis addita est festivitas Corporis Christi cum octava; & a Clem. VIII. Constit. Sacrae 17. Octob. 1595. respectu sacrarum Minorum S. Francisci, festivitates ejusdem S. Francisci, Bonaventurae, Antonii de Padua, Ludovici, Bernardini, Clarae, Elisabethae, ac Martyrum ejusdem Ordinis, Didaci, & Porrianeae.

LXX. Decretali Innoc. III. relata in cap. Omnibusque 12. praecipiens ab omnibus semel in anno peccatorum suorum confessionem faciendam esse cum proprio sacerdote, idest parochio; vel cum alio sacerdote de ipsius parochii licentia, ac proinde, ut clare deducitur ex cap. Ne dilatio 16. hoc eod. tit. ab omnibus parochianis tam laicis, quam Sacerdotibus, & Clericis faciendam cum proprio parochio, a parochis cum proprio Episcopo, ab Episcopo cum proprio Archiepiscopo, ab Archiepiscopo cum proprio Patriarcha, a Patriarchis, & aliis Praelatis exemptis immediate Papae subiectis, seu non habentibus supra se alium superiorem, ut Cardinales, cum Papa, aut cum majori ejus Penitentiario, derogatum est quo ad Episcopos, aliosque superiores, & minores Praelatos exemptos a Greg. IX. cit. cap. Ne pro dilatione, iis tribuente facultatem sibi eligendi discretum confessorium sine licentia propriorum respective sacerdotum.

Quo ad reliquos vero respectu confessoriarum secularium tacite derogatum est a Concilio Trident. sess. 14. c. 7. de reform. tribuente facultatem absolvendi cuicumque Sacerdoti a proprio Episcopo approbato, qui est primarius omnium suorum subditorum sacerdos.

Respectu tandem confessoriarum Regularium, praeter Trident. derogatum pariter est a Clem. V. cap. Datum 2. in Clemen. §. Statuimus, & a Jo. XXII. cap. Vos electionis 2. de heret. in Extr. Comm. tribuentibus facultatem iisdem audiendi secularium confessiones; etiam cum declaratione quod per hujusmodi confessiones satisfiat Ecclesiae precepto, de quo in cit. cap. Omnibus.

Intellige tamen, si dicti Regulares approbati fuerint ab Episcopo diocesano juxta Constit. Clem. X. Superna.

Tit. XXXIX. De Senten. Excomm.

LXXI. Decretalis Clem. III. relata in cap. Cum non ab homine 14. decernentis vitandum esse percussorem Clerici licet occultum, restricta est a Martino V. Constit. Ad evitanda 11. Kalen. Febr. 1435. per extensum relata a Covarruvias par. 1. de sent. excom. statuente esse tantum vitandum notorium percussorem cle-

rici, ac eos, qui publice, & nominatim denunciati sunt ut evitandi.

LXXII. Decretalis ejusdem relata in cap. Cum de fover 15. decernentis vitandum esse diffamatum de excommunicatione, restricta est, ut supra.

LXXIII. Decretali Innoc. III. relata in cap. Quod in dubiis 30. juncto cap. Excellentissimus 11. q. 2. ex quibus inferitur ferri posse a quocumque ecclesiastico iudice excommunicationem, excommunicando etiam eodem contextu v. g. Titium cum participibus suis, derogatum est ab Innocentio IV. cap. Statuimus 3. & a Greg. X. cap. Constitutionem 9. hoc eod. tit. in 6. in habentibus inferiori iudici a Papa ferre excommunicationem generalem contra participantes cum excommunicato a se; ac praecipiens ferri posse solum specialem, tunc canonica monitione praemissa, vel unica pro tribus, contra nominatim expressos, v. g. monendum Cajum, & Sejum, nec cum Titio communicandum.

LXXIV. Decretalis ejusdem relata in cap. Responsio 43. statutis, ne tempore generalis interdicti ulla divina officia celebrentur, nec administrantur sacramenta, exceptis baptismo parvulorum, confirmatione, & penitentia pro morientibus, limitata est ut supra n. LXIX.

LXXV. Decretalis Greg. IX. relata in cap. Permittimus 57. indulgentis tempore generalis interdicti semel tantum in hebdomada celebrari posse missam, Januis clausis, & sine campanarum sono ad conficiendum Corpus Christi pro morientibus, limitata est ut supra n. LXIX.

Eodem Tit. in 6.

LXXVI. Decretali Innoc. IV. relata in cap. Cum medicinalis 1. declarantis ipso facto interdictis per unum mensem ab ingressu Ecclesiae, & a divinis officijs suspensos quoscumque Ecclesiarum Praelatos, & Judices ferre praesentes excommunicationis, interdicti, & suspensionis censuras in aliquem sine scriptura, & expressione causae eorumdem respective censurarum, & absque exemplari dictae scripturae reo tradendo intra mensem, eo requirente, derogatum est, seu verius adjecta est declaratio ab eodem Pontifice cap. Quia periculosum 4. hoc eod. tit. quo ad Episcopos, eorumque Superiores, idest Archiepiscopos, Patriarchas, & Primates, hos scilicet (licet & ipsi veniant, sub nomine Praelatorum) non servantes hujusmodi formam non incurere sententiam interdicti, & suspensionis, nisi de iisdem in quacunque constitutione, sententia, vel mandato dictas censuras insipientibus expressamente habeatur.

An vero incurant etiam excommunicationem, si non exprimantur, alii affirmant, alii negant propter Glosae contradictionem in hoc eod. cap. Quia periculosum, tam in casu, quam in verbo Suspensionis.

LXXVII. Decretalis ejusdem relata in cap. Statuimus 3. decernentis participantem cum excommunicatione excommunicatione majori in ea parte, quae solum inducit excommunicationem minorem, ligari non posse eadem majori excommunicatione, non praemissa monitione canonica, ampliata est, seu potius declarata a Greg. X. cap. Constitutiones 9. hoc eod. tit. statuente ligari non posse, adhuc hac monitione praemissa, nisi in ea nominatim exprimat participans.

LXXVIII. Decretalis Greg. X. relata in cit. cap. Constitutionem 9. decernentis ut supra, ampliata est a Bonif. VIII. cap. Statutum 13. hoc eod. tit. extendente dictam Gregorij declarationem etiam ad sententias suspensionis, & interdicti, si suspendendi, & interdicendi in ipsis nominatim non exprimantur.

Tit. XL. De Verbor. significat. in 6.

LXXIX. Decretalis Nicol. III. relata in cap. Exiit qui seminat 3. fulminantis §. Itaque excommunicationem ipso facto incurendam Papa reservatam, aliaque penas contra Glossantes hanc eandem decretalem, moderata est a Jo. XXII. cap. Quia nonnunquam hoc eod. tit. dictas penas suspendente usque ad Sedis Apostolicae beneplacitum.

ELENCHUS II

Decretalium correctarum a Sacro Concilio Tridentino partim abrogatione, partim derogatione, partim moderatione.

Servato Ordine Titulorum, ac Capitulorum in unoquoque Libro.

Lib. I. Tit. II. De Constit.

I. Decretalis Innoc. III. relata in cap. cum omnes 6. admittentis valere consuetudinem non residentis, & percipiendi fructus in absentia, abrogata est sess. 24. cap. 12. de refor. §. Praeterea statuente sub certis penis, ne obtinentibus in cathedralibus, & collegiatis Ecclesiis, etiam non insignibus, canonicatus, praebendas, aut portiones liceat vigore jussumque statuti, aut consuetudinis ultra tres menses quolibet anno ad eisdem Ecclesiis abesse, etiamsi per substitutos infervirent; salvit tamen earum Ecclesiarum consuetudinibus, quae longius servitii tempus requirant. Excipiuntur casus absentiae pro cura animarum, ut sess. 22. cap. 3. §. Quod si. Et sic excusabitur Archiepiscopus pro eo tempore, quo curam exerceat, cui generaliter hujusmodi cura incumbit, cujus consuetudinis non residentis abrogationem probat Fagn. hoc eod. cap. etiam locum habere ex Decret. Cong. Conc. respectu canonicorum, & curatorum, quamvis nullos redditus habeant.

II. Ex Decret. Cong. Conc. relata a cit. Fagnan. hoc eodem cap. in n. 31. approbato a Gregor. XIII. excipiuntur etiam canonici Collegiarum non insignium, si consuetudo non residentis sit immemorabilis.

III. Decretalis Honorij III. relata in cap. Ex parte 12. statutis juxta communem intellectum posse canonicos auctoritate Episcopi praebendas suppressere, eaque ad minorem numerum reducere, si Ecclesiae redditus diminuti sint, moderata est sess. 23. c. 15. de ref. permittente, ut in Ecclesiis cathedralibus, & collegiatis insignibus tantum (de qua restrictione non cavetur in hac Decretali) ubi frequentes, adeoque tenues sunt praebendae simul cum distributionibus quotidianis, ut non satis sint pro sustinendo decenti canonico gradu juxta loci, & personarum qualitatem, possit Episcopus cum consensu Capituli aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia, his unire; vel si hoc modo provideri nequeat, aliquas ex iisdem praebendis suppressere, suppressarumque fructus reliquarum distributionibus applicare.

Nota hic ex decretis Cong. Conc. relata a Fagn. in cap. Expositio 33. de Praeb. vigore cit. cap. 15. Trident. non posse Episcopum etiam cum consensu Capituli unire praebendis canonicalibus portiones ejusdem Ecclesiae; neque beneficia simplicia fabricae, vel sacristiae Ecclesiae cathedralis, vel mensae capitulari ob eam respectu reddituum tenuitatem, prout etiam statuimus in Clementin. Si una 2. de reb. Eccles. non alio.

Tit. III. De Rescriptis.

IV. Decretalis Alex. III. relata in cap. Eam te 7. admittentis expectativas, & mandata apostolica de providendo beneficio, abrogata est sess. 24. cap. 19. de reform. prohibente, ut dictae expectativae, & quaecumque eas redolentia nemini amplius, etiam collegiis, universitatibus, senatibus, & aliis singularibus personis, etiam sub nomine indulti, aut ad certam summam, vel alio quovis colore concedantur, nec habeantur concessis cuicumque uti liceat; sicut nec reservationes mentales, nec aliae, quaecumque gratiae ad vacatura, nec indulta ad alienas Ecclesias, vel monasteria aliena, etiam S. R. E. Cardinalibus; & haecenus concessa abrogata esse censentur. Prohibente insuper sess. 25. cap. 7. omnes regrelius, accessus, & ingressus per cessum, & decesum; quos etiam prohibuit S. Pius V. Constit. Romani.

Circa coadiutorias in beneficiis distinctis ab episco-

patu, & praepositis regularibus cit. cap. 7. prohibitas vide Fagnan. lib. 3. tit. de concess. praeb. cap. Nullam 2. n. 69. & segg. ac Joan. Solier. in notis ad Infit. Canon. Lancellor. tit. 16. de Condum. §. 1. & LXIII. Bened. XIV. de Synod. dioc. c. 10. n. 26. & segg.

V. Decretalis Honorij III. relata in cap. Dilectus 29. permittentis pluralitatem beneficiorum, abrogata est sess. 24. cap. 17. de refor. praecipiente, ut unum tantum conferatur, etiam si agatur de Cardinalibus S. R. E. permittente tamen, si unum non sit sufficiens ad vitae sustentationem, conferri posse aliud simplex, dummodo utrumque personalem residentiam non requiratur.

VI. Decretalis ejusdem relata in cap. Capitulum 30. admittentis expectativas, & mandata de providendo beneficia, abrogata est ut supra n. IV. una cum frequentibus usque ad n. XIII. idem admittentibus.

VII. Decretal. Greg. IX. relata in cap. In nostra 32.

VIII. Decretal. ejusdem relata in c. Mandatum 38.

IX. Decretal. ejusdem relata in c. Literas 39.

X. Decretal. ejusdem relata in c. Abbatem 40.

Eod. tit. in 6.

XI. Decretal. Bonif. VIII. relata in cap. Tibi 12. & cap. Si pro te 13.

XII. Decretal. ejusdem relata in c. Duobus 14. Item abrogatum est c. Literas 5. in Clementin. eod. tit. idem admittens.

Tit. IV. De Consuetud. in 6.

XIII. Decretal. ejusdem relata in c. Cum in tua 4.

Tit. VI. De Electione.

XIV. Decretalis Alex. III. relata in cap. Cum in cunctis 7. statutis §. Inferiora ad dignitates etiam non curatas requiri annum XXV. inchoatum, moderata est sess. 24. cap. 12. de reform. §. Ad cetera decernente sufficere annum XXII. completum quo ad dignitates, & personatus Cathedralium, quibus cura animarum nulli subest, Archidiaconatu excepto, qui expositis XXV. aetatis annis.

XV. Decretali Innoc. III. relata in cap. Quia propter 42. praescribentis electionem fieri debere vel per scrutinium, vel per compromissum, vel per inspirationem, derogatum est, quoad electionem Regularium utriusque sexus sess. 25. cap. 6. de Regul. praecipiente fieri per secreta suffragia sub poena nullitatis.

XVI. Decretalis Gregor. IX. relata cap. Dudum 54. statutis §. Cum nullus posse retineri duo beneficia curata, unum scilicet in titulum, alterum in commendam, abrogata est sess. 7. cap. 4. de refor. prohibente retentionem duorum curatorum beneficiorum, vel alias incompatibilium, sive per viam unionis ad vitam, sive commende perpetuae contra dispositionem cap. De unita de Praeben. Prohibente insuper eadem sess. cap. 2. retentionem cum iisdem titulis plurium Metropolitanarum, seu Ecclesiarum cathedralium.

Eadem decretalis tribuens §. Sed cum facultatem Archidiacono visitandi Ecclesias sibi subiectas, moderata est ut infra n. XXXIII.

Eod. Tit. in 6.

XVII. Decretalis Bonif. VIII. relata in cap. Indominabilibus 43. statutis. 1. monialem non posse eligere abbatissam, nisi peregerit XII. aetatis annum, ac nisi

nisi tacite, vel expresse fuerit professus. Non posse eligi in abbatibus nisi que XXX. annum compleverit. Quo ad primum abrogata est sess. 25. cap. 15. de Regul. nullam declarante professionem factam ante XVI. annum completum. Quo ad secundum ampliata est ead. sess. 25. cap. 7. precipiente, quod si eligi nequeat ex eodem, vel altero monasterio ejusdem Ordinis non minor XL. annis, eligatur ex eodem monasterio, que prater XXX. annum completum, quinque saltem annis post professionem recte vixerit. Circa egressum monialium Vide Elencho VI. n. LXXXVIII. Eidem Decretali admittenti professionem tacitam, derogatum est in sensu, ut infra n. XCVII.

Eod. tit. in Extravag. Joan. XXII.

XVIII. Decretalis Joan. XXII. relata in cap. Suscepit 2. statuentis, ut certa ratione fructus beneficii vacantis dividantur inter successorem, & habentem jus annate sub pena in aliter percipientem, si intra mensum integre non restituat, suspensionis, seu interdicti quo ad Episcopos, vel his majores, a pontificalibus, & ab ingressu Ecclesie; interdicti quo ad Capitula vel Collegia; & excommunicationis reservatae quo ad singulares personas, donec restituant, abrogata est sess. 24. cap. 14. de reform. inhistente sub penis infimoniacos factis deductiones ex fructibus, promissiones, compositiones, aut alias conditiones, seu turnorum lucra pro provisione, electione, confirmatione, collatione, institutione, aut admissione in possessionem cathedralis, five canonicatus, five beneficii, five prebende, five distributionum, quaeunque etiam immemorabili contraria consuetudine non obstante: exceptis derogationibus applicari consuetis in usus pios; laudabili tamen consuetudine, seu constitutione ab Episcopo approbatis. Quod tamen hodie sine Papa auctoritate fieri nequit. Hoc Trident. decretum confirmatum est a S. Pio V. in Elencho VI. n. LXXXII.

Tit. VIII. De auctoritate & usu Pallii.

XIX. Decretali Honorii III. relata in cap. Quia nos 7. decernentis posse Archiepiscopum sine pallio, & sandalis celebrare in aliena diocesi (intelligit publice) derogatum est sess. 6. cap. 5. de reform. prohibente id fieri sine Ordinarii loci expressa licentia, etiam juxta Glof. prim. hic. Licet tamen Episcopus exercere pontificalia in locis exemptis suis intra suam diocesim, & procedere in actu visitationis per censuras, aliasque penas ecclesiasticas contra exemptos ex decret. Cong. Episc. & Regul. confirmato a Clem. VIII. 10. Jun. 1603. in hoc eod. c. relata a Fagnan.

Tit. IX. De Renunciacione.

XX. Decretalis Alex. III. relata in c. Ex transmissa 3. decernentis per assumptionem habitus regularis factam a beneficiato inducitant renunciacionem beneficii, abrogata est sess. 25. c. 16. de Regul. declarante nullam renunciacionem valere factam intra annum probationis, nisi fiat cum licentia Ordinarii intra duos menses proximos ante professionem, effectum habitura eadem professione sequuta. Idem statuit Sanctus Pius V. Constit. Quanta 1568. prohibuitque Episcopis beneficia sic resignata conferre ante sequantur professionem.

Eodem Tit. in 6.

XXI. Decretalis Bonif. VIII. relata in cap. Si se 2. admittentis expectativas ad vacatura beneficia, abrogata est, ut supra n. IV.

Tit. XI. De Temporibus Ordinacionum.

XXII. Decretalis Alex. III. relata in cap. De eo 3. permittentis omnes quatuor minores Ordines absolute conferri posse eodem die, moderata est sess. 25. cap. 11. 13. & 14. de reform. statuentis, ut conferantur per temporum intervalla, nisi Episcopus omnes simul conferendos expedire judicaverit ex causa, que a Conc. restringitur ad necessitatem, vel utilitatem Ecclesie.

XXIII. Decretali ejusdem relata in cap. Ex seniore 4. statuentis criminofum occultum, peracta penitentia in totum, vel in partem, etiam si crimen esset de gradatione dignum, si alias esset publicum, posse in susceptis Ordinibus ministrare, & non prohiberi, ne promovatur, derogatum est sess. 14. cap. 1. de reform. tribuente facultatem Episcopo interdicendi subdito ex quacunque causa, etiam occultata, & extrajudicialiter, ne ascendat ad sacros Ordines. Quoad administrationem vero in susceptis etiam derogatum est ex sententia Cong. Conc. teste Fagnan. in hoc eodem cap. n. 16. & 17. ob cap. 3. ejusdem sess. 14. quo Episcopo tribuitur facultas suspendendi ab executione Ordinum quocumque Clericos presertim in factis consiliarios, quos minus idoneos repererit; eo pari modo, quo superiores regulares prohibere possunt suis subditis jam promotis, ne ad alios Ordines ascendant in vim cap. Ad aures 5. hoc eod. tit. quod dicta Cong. Conc. censuit extensum esse ad Clericos seculares.

XXIV. Decretali Greg. IX. relata in cap. Quosdam 17. eadem statuentis, excepto crimine homicidii voluntarii etiam occultis, derogatum est ut supra, quo ad utramque partem.

Eod. Tit. in 6.

XXV. Decretalis Bonif. VIII. relata in cap. Cum nullus 3. tribuentis s. Episcopo autem potestatem Capitulo sede vacante concedendi dimissorias promovendis ad Ordines, moderata est sess. 7. cap. 10. de reform. quo ad hanc potestatem indiscriminatam, statuentis, ne eas concedat intra annum a sedis vacatione numerandum, nisi arctato ad aliquem Ordinem recipiendum occasione recepti, vel recipiendi beneficii, sub pena interdicti respectu Capituli, & respectu promoti ad minores Ordines privationis privilegii ecclesiastici, praeterim in criminalibus: respectu vero promoti ad majores, suspensionis ipso jure ab executione Ordinum, duratur arbitrio futuri Episcopi. Potest tamen eadem dimissorias concedere cuicumque dicto anno clapso, nondum sede repleta. Quae pena sess. 23. c. 10. de ref. extenditur etiam ad illos, qui eadem dimissorias non a Capitulo, sed ab aliis quibuscumque concedentibus in jurisdictione Episcopi loco Capituli, sed de vacante obtinent; non extenditur autem pena interdicti Capitulo imposita.

Tit. XIV. De Aetate, & Qualitate Praeficiendorum.

XXVI. Decretalis Alex. III. relata in cap. In decore 3. praescribens personam cujuslibet Ecclesie conferri posse cuicumque excedenti annum decimum quantum, abrogata est sess. 24. cap. 12. de reform. prohibente ne ad dignitates quascumque, quibus animarum cura subest, aliquis promovatur nisi saltem vigesimum quintum suae aetatis annum attingerit. Ad ceteras vero dignitates cathedralium, (Archidiaconatu excepto, qui exposcit aetatem XXV. annorum) vel personatus, quibus nulla animarum cura incumbit, nemo adficii possit, qui minor sit annis viginti duobus, quos completos esse debere declaravit Cong. Conc. ut refert Fagnan. in cap. Cum in cunctis n. 37.

XXVII. Decretalis Innoc. III. relata in Cap. Accipimus 13. admittentis s. Mandamus mandata de providendo beneficio, abrogata est, ut supra n. IV.

Eodem Tit. in 6.

XXVIII. Decretalis Bonif. VIII. relata in cap. unie. Permittimus tribuentis Episcopo facultatem dispensandi cum minore viginti duobus annis pro obtinendis dignitatibus, & personatibus, abrogata est, ut supra XXVI.

Eod. Tit. in Clementin.

XXIX. Decretalis Clem. V. relata in Cap. Generalem 3. statuentis promoveri posse ad subdiaconatum constitutum in anno decimo octavo, & ad diaconatum in vigesimo, abrogata est sess. 24. cap. 12. de reform. praescribens annum vigesimum secundum pro subdiaconatu, & vigesimum tertium pro diaconatu.

Tit. XVII.

Tit. XVII. De Filiis Presbyterorum Ordinacionem vel non.

XXX. Decretali Alex. III. relata in cap. Veniens 5. statuentis non amovendum ab Ecclesia paterna filium presbyteri ab Episcopo illi scienter collata, si agatur de filio nato post sacerdotium, & sic illegitimo, juxta quem intellectum accipiendam esse hanc decretalem declaravit Cong. Conc. 22. Martii 1576. teste Fagnan. hoc eod. cap. num. 19. & seqq. derogatum est sess. 25. cap. 15. de reform. id filiis illegitimis prohibente.

XXXI. Decretalis ejusdem relata in cap. Ad extirpandas 11. statuentis e contrario sensu filium tam legitimum, quam illegitimum posse retinere beneficium in Ecclesia, in qua pater ministravit, si media intercesserit persona, abrogata est sess. 25. cap. 15. & clarus, imo expresse a Clem. VII. Constit. Ad Canonum Concordatorum verio Non. Jun. 1533. extendente hanc prohibitionem ad quoruncumque Clericorum etiam regularium filios illegitimos, & ad beneficium simile, five dissimile; ac etiam ad pensiones beneficiorum, quae pater obtinet, vel obtinuit ad tempus, five in perpetuum; & demum ad quancumque administrationem in eadem Ecclesia.

XXXII. Decretali Clem. III. relata in cap. Ad hac 12. permittentis filium legitimum Episcopi obtinere posse beneficium in Ecclesia, in qua pater praestit, vel praestit, non facta restrictione, an idem, vel diversum obtinere possit, nulla media intercedente persona, derogatum est sess. 25. cap. 7. id prohibente, si immediate succedat in eodem, ad tollendam imaginem hereditariae successioneis.

Tit. XXIII. De Officio Archidiaconi.

XXXIII. Decretali relata in cap. Ut Archidiaconus 1. tribuenti Archidiacono facultatem visitandi diocesim quolibet triennio, impedito Episcopo, derogatum est, ne dum a contraria consuetudine, sed etiam sess. 24. cap. 3. de reform. praescribente, visitationem singulis annis faciendam esse per Episcopum, aut eo impedito, per suum generalem Vicarium, vel Visitatorem, intra annum, vel saltem, si diocesis ampla sit, intra biennium complendam. Praeservatur tamen in citat. cap. facultas Archidiacono visitandi per se ipsum tantum eas Ecclesias, quas legitime consecraverit visitare; sed cum notario assumpto de consensu Episcopi, & cum onere exhibendi eidem Episcopo intra mensem integrae visitationis acta, non obstantibus exemptionibus, privilegiis, & contraria consuetudine etiam immemorabili.

XXXIV. Decretalis Alex. III. relata in cap. Mandamus 6. tribuentis Archidiacono absolutam facultatem visitandi Ecclesias suo archidiaconatu subjectas, moderata est cum limitatione ut supra.

XXXV. Decretali Innoc. III. relata in cap. Ad hoc 7. tribuentis Archidiacono. 1. facultatem cognoscendi causas ecclesiasticas. 2. examinandi promovendos ad sacros Ordines, & beneficia; quod spectat ad cognitionem causarum derogatum est sess. 24. cap. 20. de reform. quo ad causas matrimoniales, & criminales, statuentis Episcopi tantum examini, & jurisdictioni has esse relinquendas, licet Archidiaconus de iis cognoscere vellet in actu visitationis suarum Ecclesiarum, de quibus supra. Ex quo Concilii textu etiam causae benedictales, & aliae a prioribus indaginis videntur esse supra illius jurisdictionem. Quod vero spectat ad examen promovendorum ad sacros Ordines, videtur hoc relictum arbitrio Episcopi sess. 23. cap. 7. de reform. statuentis, ut illud peragat coram adscitis sibi prudentibus, & doctis viris, nulla facta mentione de Archidiacono; qui hodie ex mero ritu, & caeremonia interrogatur tantum ab Episcopo inter missarum solemnia ante ordinationem; ac fiat ordinandum esse dignum, juxta decretalem Innoc. III. cap. unie. de Scribin. in Ord. facien. Respectu promovendorum ad beneficia curata derogatum est sess. 24. cap. 18. de reform. praescribente examinandos esse ab examinatorebus electis in synodo; nec Archidiacono examinari potest simul cum his, si non sit ex deputatis in ead. synodo ex dep. Remigii a S. Erasmo, Pars I.

creto Cong. Conc. relato a Fagnan. in hoc eod. cap. num. 25.

XXXVI. Decretalis Honor. III. relata in cap. Dilecto 10. tribuentis Archidiacono facultatem visitandi Ecclesias sibi subjectas, moderata est ut supra numer. XXXIII.

Tit. XXIX. De Officio & Potestate Judicis Delegati.

XXXVII. Decretalis Alex. III. relata in cap. Ex parte 12. admittentis expectativas super beneficiis, abrogata est ut supra n. IV.

XXXVIII. Decretalis ejusdem relata in cap. Quoniam 14. disponentis delegationem factam dignitati non expresso nomine, transire ad successorem, abrogata est sess. 25. cap. 10. de reform. statuentis causas ecclesiasticas, ac spirituales, & ad forum ecclesiasticum pertinentes delegandas in partibus committi debere praeter Ordinarios, Judicibus a synodo designatis.

Eodem tit. in 6.

XXXIX. Decretali Alex. IV. relata in cap. Quia Pontificali 2. potestatem tribuentis Judicibus, & Conservatoribus a Sede apostolica deputatis procedendi contra Episcopos, derogatum est sess. 24. cap. 5. de reform. quo ad graviore causas criminales etiam heresis, depositione, aut privacione dignas, praescribens hasa solo Romano Pontifici esse cognoscendas, & terminandas.

Tit. XXV. De Officio Legati.

XL. Decretalis Alex. III. relata in cap. Cum non ignorantis 1. dantis potestatem appellandi ad Legatum Papae etiam per simplicem querelam, moderata est sess. 24. cap. 20. de reform. praescribente, ne Legati, & Nuntii apostolici procedant in causis subditorum, nisi prius requisito Episcopo, ad quem statuit causas omnes spectare in prima instantia, sub pena nullitatis actorum, satisfactionisque damni partibus illati. Excipiuntur tamen causae possessionis beneficiorum reservatorum, seu a Pontifice concessorum, ut dicitur Elencho VI. num. LXXX.

Eodem Tit. in 6.

XLI. Decretalis Bonif. VIII. relata in cap. Presenti 3. admittentis reservationes ad vacatura beneficia, abrogata est ut supra n. IV.

Tit. XXXI. De Officio Judic. Ordinarii.

XLII. Decretalis Alexand. III. relata in cap. Cum vos 4. statuentis ad patronum ecclesiasticum pertinere custodiam Ecclesie, quousque ejus ordinatio ex justa causa differatur, derogatum est sess. 25. cap. 9. de reform. praescribente, ne patroni, five laici, five ecclesiastici se ingerant in perceptione fructuum, proventuum, & obventionum quoruncumque beneficiorum, licet vere essent de jure patronatus ipsorum fundacione, & donatione; sed ut illos libere dimittant rectori, seu beneficiato, non obstante quacumque contraria consuetudine. Praescribente insuper sess. 24. cap. 18. constituendum esse ab Episcopo statim post notitiam vacationis Ecclesie parochialis economum, seu vicarium, qui ejusdem Ecclesie omnia interrim substat, ejusque custodiam, & administrationem habeat, five haec sit liberæ collationis, five juris patronatus tam ecclesiastici, quam laicalis: five etiam vacet per obitum, & resignacionem in Curia, seu aliter generaliter, vel specialiter reservata, vel affecta sit etiam S. R. E. Cardinalibus, seu Abbatis, vel Capitulis. Hoc idem praestandum est a Vicario capitulari, sede vacante. Item ab Episcopo viciniore, si sola collatio parochialis vacantis competat Abbatis. Hac conciliari sanctione derogatum est etiam opinioni Glof. penult. in hoc eod. cap. ver. Economus, quam sequitur Joan. And. hic n. 16. sententis deputacionem economi Ecclesie parochialis non indistincte pertinere ad Episcopum, sed ad eum, ad quem pertinet institutio. Quae quidem facultas tunc solum competit inferiori Prelato ex decreto Cong. Conc. relat. a Fagnan. in cap. M.

in cap. Cum contingat 13. de for. compet. numer. 31. & 38. quando habet omnimodam jurisdictionem episcopalem, nec alicui subditur, & est immediate subiectus Sedi apostolice, & nullius diocesis, & habet potestatem ac territorium, & jus congregandi synagum, & legitime conleat eam congregasse.

XLIII. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Irrefragabili 13. concedentis & excessus facultatem Episcopo corrigendi excessus Canonicoꝝ in illis cathedralibus, ubi consueverunt corrigi per Capitulum, solum post premissam monitionem, & elapsum terminum eidem Capitulo ab eo prefixum, & non antea, correctio est, seu ampliata sess. 6. cap. 4. de reform. tribuente hanc facultatem Episcopo intra visitationem, ut aut per se solos, aut adiunctis aliis sibi beneficiis, dictos excessus corrigat, etiam non premissa monitione, & non prefixo termino, nec data negligentia Capituli in corrigendo, non obstante quacumque contraria consuetudine, aut exemptione. Extra visitationem vero ex sess. 25. cap. 6. Episcopus, vel ipse Vicarius procedere potest contra eodem Canonicos usque ad finem causae inclusive, cum consilio tamen, & assensu duorum capitularium initio cujuslibet anni a Capitulo eligendorum, iuxta formam sibi prescriptam: sed si agatur de criminibus incontinentia, aliusque depositio, vel degradationem requirentibus, ubi de fuga timetur, potest solus Episcopus ex cit. cap. 6. ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere, servata in reliquis forma prescripta. Hinc tamen decreto de capitularibus adiunctis non esse locum, nisi cum agitur de Capitulo ab Episcopi jurisdictione exempto, semper censuit Cong. Conc. ut colligitur ex variis ejusdem responsionibus ad postulata Episcoporum relatis a Bened. XIV. de synodo diocesana lib. 13. cap. 9. num. 7. & seqq. Et nota quod Episcopus potest intra visitationem per se solum corrigere excessus Canonicoꝝ in vim cit. cap. 4. nullis capitularibus sibi adiunctis, ut etiam declaravit Greg. XIII. approbando sententiam Cong. Conc. circa hanc questionem teste Fagnan. in cap. Ut iuxta hoc eod. tit. num. 39. Nota etiam pro conciliatione cit. cap. 4. sess. 6. cum cap. 3. sess. 24. quod Episcopus volens visitare scorum capitulum exemptum in vim d. cap. 4. id exequi debeat per se ipsum: visitare vero volens totam diocesim, aut partem ejus, in vim cit. cap. 3. sess. 24. possit, si legitime impeditus fuerit, hanc visitationem explere per suum generalem Vicarium, aut Visitatorem, ut perpendit Cong. Concil. in causa Hispanen. 12. Martii 1503. lib. 7. Decret. pag. 94. relata in cit. lib. 13. de Synod. c. 9. n. 6.

XLIV. Decretalis Greg. IX. relata in cap. Gravezimus 19. declarantis nullam competere Episcopo jurisdictionem in exemptis, derogatum est sess. 6. cap. 3. & cap. 5. 8. & 14. sess. 21. cap. 8. sess. 23. cap. 10. sess. 25. cap. 6. de ref. & c. 8. & 11. de Regul. Quos casus vide in Anchore, & Additionibus meis l. 3. tit. 31. de Regul. s. 3. n. 36. & in Fagn. hoc eod. cap. per totum, ubi enumerat quadraginta septem, in quibus exempti subsunt visitationi, & jurisdictioni Episcopi.

XLV. Decretalis ejusdem relata in cap. His quibus 20. statuentis eos, quibus competit facultas absolvendi ab excommunicatione, posse hanc alteri demandare, derogatum est sess. 24. c. 6. de reform. quoad excommunicationem incurram propter heresim, etiam occultam, precipiente hanc absolutionem dari posse in foro conscientiae ab Episcopo per se ipsum tantum. Sed an hodie facere possit, vide Elencho VI. n. LXIV.

Tit. XXXIII. De Majori. & Obed.

XLVI. Decretalis ejusdem relata in cap. Cum olim 14. statuentis capitulum cathedralis, sede vacante posse per se ipsum jurisdictionem ad se devolutam exercere, derogatum est sess. 24. cap. 16. de reform. precipiente ut intra octiduum a morte Episcopi, & Metropolitanus eligatur Vicarius; alioquin hujusmodi de-

clio devolvatur ad Metropolitanum, & si Ecclesia fuerit Metropolitana, devolvatur ad antiquiorem Suffraganeum: si vero fuerit exempta, ad propinquiorem Episcopum. Ex Decretis Congr. Conc. relatis a Fagn. in cap. His, que 11. hoc eod. tit. n. 68. & seqq. eligi debet unus Vicarius, & non plures (nisi quoad electionem plurium vigeret immemorabilis consuetudo) non ad tempus duraturus, sed pro toto tempore vacationis, cum jurisdictione non cumulativa, sed privativa; nec removendus, nisi causa cognita ab eadem Cong. & in casu absentiae ipse, non Capitulum alium loco sui deputare potest. Vide in Anchore lib. 1. tit. 28. n. 3.

Tit. XXXVIII. De Procuratorib.

XLVII. Decretalis Clem. III. relata in cap. Exi n. s. in s. in s. 3. permissis pluralitatem beneficiorum, derogatum est, ut supra n. XVI.

Lib. II. Tit. I. De Judiciis.

XLVIII. Decretalis Honorii III. relata in cap. Venereabilis 20. statuentis instantiam iudicii non perire per lapsum triennii, derogatum fuit sess. 24. c. 20. de ref. precipiente causas omnes tam civiles, quam criminales ad forum ecclesiasticum pertinentes terminandas esse infra biennium ad instar juris civilis, quod in casibus criminalibus prestat biennium, licet in civilibus triennium indulgeret L. Preparandum in principi. C. de Judiciis. Circa celeberrimum casum expeditionem vide Elencho VI. n. LXXXI.

Tit. IX. De Feniis.

XLIX. Decretalis Clem. III. relata in cap. Capellanus 4. prohibentis nuptiarum solemnitates a prima dominica Adventus usque ad Epiphaniam, a septuagesima usque ad octavam Paschatis, & a diebus Rogationum usque ad octavam Pentecostes, moderata est sess. 24. cap. 10. de reform. matrim. restringente hujusmodi prohibitionem ab Adventu Domini usque ad totum diem Epiphaniae, & a feria quarta cinerum usque ad octavam Paschae inclusive.

Tit. XIX. De Probationibus.

L. Decretalis Innoc. III. relata in cap. In presentia 8. statuentis obligationem, & donationem honorum maxime juramento firmatam fieri posse, & vim habere post susceptionem habitus regularis, abrogata est sess. 25. cap. 16. de Regul. prohibente sub pena anathematis (si agatur de dispositione inter vivos, & non in ultima voluntate) ne aliquid ex bonis novitii infra annum probationis monasterio tribuatur, excepto victu, & vestitu: irritante etiam quancumque obligationem licet juratam, praeter eam, quae facta est cum licentia Ordinarii, & intra duos menses proximos ante professionem.

Tit. XXV. De Prescriptionibus.

LI. Decretalis ejusdem relata in c. Audiis 15. declarantis Praelatum inferiorum in certis Ecclesiis diocesanis posse prescribere totum jus episcopale quoad ordinationem, & absolutionem a casibus Episcopo reservatis, abrogata est, ut infra n. CLXXIX.

Quoad cognitionem vero causarum matrimonialium, de qua expresse in textu, abrogata est. Sess. 24. c. 20. committente hujusmodi cognitionem Episcopo tantum examini, & jurisdictioni. Circa hanc cognitionem vide Additiones meas lib. IV. tit. 19. post n. 22.

LII. Decretalis ejusdem relata in c. Cum olim 18. declarantis Abbatem in Ecclesiis intra diocesim prescribere posse jura episcopalia, & inter cetera huc enumerata. 1. Ordinationem Clericorum, abrogata est sess. 23. c. 10. de ref. in sensu, & terminis, ut infra n. CLXXIX. 2. Penitentiam; idest jus absolvendi a casibus Episcopo reservatis, abrogata est sess. 14. de Sacram. ponit. c. 7. de Casib. reserv. si agatur de Abbatibus, & inferioribus Praelatis qui non sunt, in statu nullius dioc.

LIII. Decretalis ejusdem relata in cap. Veniens 19. statuentis praescribi posse a Praelato inferiori jus dimit-

mittendi suos subditos ad quem maluerint catholicum Antistitem, derogatum est ut infra n. CLXXIX.

Tit. XXVII. De Semen. & Re iudicata.

LIV. Decretalis ejusdem relata in cap. Cum inter 13. decernentis inter alia Abbatem in cap. Cum inter pleno jure subiectis posse initiare prima tonsura ne dum monachos sibi subditos, sed etiam seculares, in quos habet ordinariam, & quasi episcopalem jurisdictionem, derogatum est sess. 23. cap. 10. in sensu, & terminis, ut infra n. CLXXIX.

Tit. XXVIII. De Appellationibus.

LV. Decretalis Alex. III. relata in cap. De appellationibus 11. permissis appellationem a qualibet interlocutoria sententia, & quovis gravamine, moderata est sess. 13. cap. 1. & sess. 24. cap. 10. & 20. de ref. prohibente conformiter ad jus civile appellationem ab interlocutoria, nisi habeat vim definitivae, vel ejus gravamen per appellationem a definitiva reparari nequeat.

LVI. Decretalis ejusdem relata in cap. Super eo 12. idem permissis, moderata est ut supra.

LVII. Decretalis ejusdem relata in cap. Pervenit 28. statuentis, ut infra n. LX., moderata est ut ibi.

LVIII. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Constitutus 45. decernentis appellationem ab irrationabili iudicio examinatorum synodali in concursu ad parochiales, derogatum est sess. 24. c. 18. de ref. hanc admittere modo ibi prescripto. Vide Elencho VI. numer. LXXXIX.

Eod. Tit. in 6.

LIX. Decretalis Innoc. IV. relata in cap. Cordi 1. permissis appellationem, ut supra n. LV. moderata est ut ibi.

Lib. III. Tit. IV. De Cleric. non residentib.

LX. Circa Decretalem Alex. III. relatum in cap. Congruente 6. equiparant retentionem plurium beneficiorum ad sustentationem sufficientium, & retentionem alterius abque eo quod in illo residuat (quandoquidem imponit silentium conquisitioni beneficiati, si quodcumque istorum sub disjunctione positum probetur.) huic equiparationi derogatum est sess. 24. cap. 17. de ref. ubi statuitur, ut possident beneficium sufficientes, adepta possessione secundi, perdat primum ipso jure; absens vero, seu non residens non est privatus ipso jure, sed per sententiam esse privandus.

Eadem Decretalis precipiens beneficium sine cura animatum non residentem privandum esse beneficio, moderata est sess. 24. cap. 12. de reform. statuentem ante privationem primo anno privandum esse dimidia parte fructuum, quos ratione praebendae, & residentiae suos non fecit: est iterum eadem negligentia in residendo usus fuerit, privandum omnibus fructibus, quos itidem ratione praebendae, & residentiae eo anno lucratus fuerit; & sic non privandum, nisi post tres annos. Vide cap. Relatum infra Elencho III. n. XVI.

LXI. Decretalis Clement. III. relata in cap. Ex parte 8. statuentem, ut infra n. LXV. moderata est ut ibi.

LXII. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Qualiter 9. statuentis Episcopum non revertentem ad residentiam in praefixo termino privandum esse episcopatu, moderata est sess. 6. cap. 1. de reform. decernente privandum esse post primos sex menses continuos absentiae quarta parte fructuum unius anni: post alios sex menses alia quarta parte. Quibus elapsis, si cessat communicatio, Metropolitanus Suffraganeum, & Metropolitanum Episcopum antiquior Suffraganeus tenentur intra tres menses sub pena interdicti ab ingressu Ecclesiae ipso facto incurrenda Papae punitionum denunciare. Circa residentiam Episcoporum vide notata Elencho VI. n. IX.

LXIII. Eidem Decretali tribuenti facultatem habentibus jus eligendi Episcopum, ut private possint episcopatu Episcopum non residentem, derogatum est, P. Remigii a S. Erasmo. Pars I.

ut in cit. sess. 6. cap. 1. ubi haec facultas Papa reservatur.

LXIV. Decretalis ejusdem relata in cap. Inter 10. statuentis, ut supra n. LX. moderata est, ut ibi.

LXV. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Ex tua 11. statuentis clericum absentem a sua Ecclesia, si necessarium esse tribus edictis in valvis Ecclesiae sibi ejusdem suae Ecclesiae assignendis, & ex privandum, si post sex menses non revertatur: & ex contrario sensu, si sejour ubi sit, & quomodo citari possit, personaliter citari debere, nec esse ipso jure privatum fructibus intra dictos sex menses, moderata est sess. 23. cap. 1. precipiente, ut si agatur de parcho, etiam non latitante, satis sit cum citare uno tantum edicto peremptorio eam competentis termino ad redeundum Ecclesiae valvis affixo: quo termino elapso, si contumax fuerit, liberum sit Ordinario per centuras, sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem inclusive eundem compellere ad redeundum. Declarante insuper hoc eod. cap. quod nedum fructus suos non faciat pro rata temporis absentiae, sed etiam, si abscit ultra sex menses, incidat ipso jure in poenam privationis quartae partis fructuum unius anni jam impositam Episcopi sess. 6. cap. 1. & innovatam cit. sess. 23. cap. 1. vers. si quis autem vide Fagnan. in cit. cap. Ex tua num. 29.

LXVI. Decretalis Greg. IX. relata in cap. Clericos 17. statuentis, ut supra n. LX. moderata est, ut ibi.

Tit. V. De Praebendis.

LXVII. Decretalis Alex. III. relata in cap. Episcopus 4. disponens posse Episcopum promovere ad ordines sacros clericum ad titulum paterna hereditatis ob defectum beneficii, abrogata est sess. 21. cap. 2. de ref. precipiente clericum secularem promovendi non posse ad dictos ordines, nisi ad titulum beneficii ecclesiastici, vel etiam patrimonii, & pensionis, si tamen quo ad patrimonium, & pensionem ipse Episcopus iudicaverit promovendum pro necessitate, vel commoditate Ecclesiae.

LXVIII. Decretalis ejusdem relata in cap. Referente 7. permissis habenti plures Ecclesias optionem dimittendi unam, & retinendi alteram, quam maluerit, abrogata est sess. 7. cap. 4. de reform. hanc optionem prohibente, & extendente poenam cap. De multa 28. hoc eod. tit. ad obtinentes beneficia ex quovis capite incompatibilia. Imo sess. 24. cap. 17. de ref. declaratur esse incompatibilia duo beneficia, etiam simplicia, quando primum est sufficiens ad honestam Clerici sustentationem, vel quando utrumque personalem sustentationem requirit.

LXIX. Decretalis ejusdem relata in cap. Praterea 14. permissis optionem, ut supra n. LXVIII. abrogata est ut ibi.

LXX. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Dilectus 19. admittentis expectativas in beneficiis, abrogata est, ut supra n. IV. una cum duabus sequentibus idem admittentibus.

LXXI. Decretalis ejusdem relata in cap. Dilecto 25.

LXXII. Decretalis ejusdem relata in cap. Dilectus 27.

LXXIII. Decretalis ejusdem relata in cap. De multa 28. decernentis habentem dignitatem, personatum, vel beneficium curatum, & recipientem secundum simile post pacificam possessionem secundi, ipso jure privatum esse primo, & etiam privandum secundo, si praetendat utrumque retinere: & ex contrario sensu non esse privatum primo ipso jure, si secundum non sit curatum; vel e converso si primum non sit curatum, & recipiat secundum curatum, extenta est sess. 7. cap. 4. de reform. hoc generaliter prohibente de quibuscumque beneficiis incompatibilibus, & etiam simplicibus ex sess. 24. cap. 17. in casu de quo supra numer. LXXII. Imo juxta Fagnan. in hoc eod. cap. numer. 8. privatus esset utroque ipso jure, nedum in vicium cap. 4. sed etiam in vim Extravag. Execrabilis 1. hoc eod. tit.

Eidem decretali prohibenti pluralitatem patrimonialium, dignitatum; & personatum; & ex contrario

sentu eam tacite permittenti in aliis beneficiis, derogatum est ut supra n. XVI. LX. LXVIII.

LXXIV. Decretalis ejusdem relata in cap. Extripanda 30. statuentis Reclorem Ecclesie, non obstante consuetudine favore Episcopi, vel patroni, debere sufficientem habere portionem; & ex contrario sensu valere consuetudinem legitime prescriptam favore ejusdem Episcopi, vel patroni aliquid sibi vindicandi de fructibus Ecclesie ultra sufficientem Recloris portionem, derogatum est sess. 25. cap. 9. de reform. interdicente, ne patroni tam ecclesiastici (quibus de jure communi id licebat) quam laici se quoquo modo ingerant in perceptione fructuum quorumcumque beneficiorum; sed illos libere Rectori, seu beneficiario distribuos dimittant, non obstante quacumque contraria consuetudine sub penis excommunicationis, & interdicti, si fecerint, & privationis ipso facto juris patronatus.

Hec eadem Decretalis declarans s. Qui vero Patronum non reditentem privatum esse ipso jure parochia, moderata est sess. 23. cap. 1. de reform. statuentem privatum esse per sententiam, precedente citatione, monitione, & coercitione per censuras, sequestrationes, & subtractionem fructuum, ac alia juris remedia.

LXXV. Decretalis ejusdem Innoc. relata in c. Expositus 33. permittentis ob paupertatem prebendam Ecclesiarum cathedralium posse Episcopum iis adnectere capellas, id est parochiales Ecclesias, abrogata est sess. 24. cap. 13. & 15. de ref. statuentem ne in unionibus, sive ob reddituum tenuitatem, sive ob alias causas faciendis, parochiales uniantur.

Eod. Tit. in 6.

Decretales Bonif. VIII. relata in seqq. capitulis admittentis mandata de providendo beneficium primo vacatum, abrogatae sunt, ut supra n. IV. una cum aliis usque ad n. XCIV. idem admittentibus.

- LXXVI. Si Clericus 11.
- LXXVII. Hb. qui 12.
- LXXVIII. Dudum 14.
- LXXIX. Cum in illis 16.
- LXXX. Si Apostolice 22.
- LXXXI. Cum in Ecclesia 28.
- LXXXII. Et, cui 29.
- LXXXIII. Quodam 40.
- LXXXIV. Mandatum 41.

Eodem Tit. in Clementinis.

LXXXV. Decretalis Clem. V. relata in cap. Si dignitatem 1.

Tit. VIII. De Concess. Prebenda.

LXXXVI. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Accedens 14.

Eodem Tit. in 6.

LXXXVII. Decretalis Innoc. IV. relata in c. Quia cum illis 1.

- Decretales Bonif. VIII. relatae in seqq. capitulis.
- LXXXVIII. Ne capienda 3.
- LXXXIX. Excommissor 4.
- XC. Si capitulo 5.
- XCI. Si soli 6.
- XCII. Auctoritate 7.
- XCIII. Quoniam 8.

Eod. Tit. in Clementinis.

XCIV. Decretalis Clem. V. relata in cap. unice. Cum ei.

Tit. XIII. De Reb. Eccl. non alienan. in Clementinis.

XCIV. Decretalis ejusdem relata in cap. Si una 2. disponentis posse Episcopum unam Ecclesiam alteri uni-

re, vel loco religioso donare, moderata est sess. 24. cap. 13. de ref. prohibente hujusmodi unionem, si agatur de parochiali.

Tit. XIX. De Rev. permutat. in 6.

XCVI. Decretalis Bonif. VIII. relata in cap. unice. Licet in una admittentis expectativas in beneficiis, abrogata est, ut supra n. IV.

Tit. XXVI. De Testamen.

XCVII. Decretalis Greg. IX. relata in cap. Quia ingredientibus 2. admittentis tacitam professionem regularem etiam absque habitu susceptione, abrogata est sess. 25. cap. 15. de Regul. statuentem habitu susceptionem pro Regularibus utriusque sexus esse de substantia novitatus per integrum annum duraturum, incipienti ab ejusdem habitu susceptione; ita ut hoc tempore non servato, sicuti & si professio fiat ante decimum sextum annum completum, exclusa sit etiam tacita, nullumque inducat obligationem. Verum hic notandum cum Fagnan. in cap. Ad nostram 8. de Regul. n. 8. & 30. ex decretis Conc. hanc tacitam professionem non fuisse a Trident. sublata, si precesserit annus probationis cum susceptione habitus in conventu pro ea designato, quae inducitur per annum computandum a decimo sexto completo usque ad decimum septimum pariter completum aetatis illius, qui monasterium ingressus est.

Tit. XXXI. De Regularibus.

XCLVIII. Decretalis Concil. Moguntini relata in cap. Nullus 1. statuentis, neminem admitti posse ad professionem regularem, nisi sit idoneus aetate, cum praesupponat attendendam esse aetatem statutam de jure communi, quae est ut in cap. Significatum 11. infra n. CIV. abrogata est, ut supra.

XCIX. Decretalis ejusdem Concil. relata in cap. Si quis 2. concedentis unum tantum annum ad reclamandum contra professionem regularem, moderata est sess. 25. cap. 19. de Regul. extendente hoc tempus, ex quocumque capite praeterea nullitas professionis oritur, usque ad quinquennium a die ipsius professionis, non tamen completum.

C. Decretalis Conc. Arelaten. relata in cap. Vidua 4. statuentis induci professionem regularem in novitio se sponte ingente in actibus professorum, etiam ante annum probationis non completum, abrogata est ut supra n. XCVII.

CI. Decretalis ex Regesto Gregorii relata in cap. Quia 6. prohibens admitti posse ad professionem ante decimum octavum annum, moderata est ut supra n. XCVII.

CII. Decretalis Alex. III. relata in cap. Non est 7. statuentis ex contrario sensu posse Abbatem cisterciensem imperitari monacho licentiam proficendi in alio ordine regulari indistincte, sive alius ordo sit strictioris, equalis, aut laxioris observantiae, derogatum est sess. 25. cap. 19. de Regul. prohibente transitum ad laxiorem vigore cujuscumque facultatis. Ceterum haec decretalis penitus abrogata est respectu quorumcumque regularium, cum hodie hujusmodi transitus iis interdicitur sit, ut notavi in Elencho VI. n. XXV.

CIII. Decretalis ejusdem relata in cap. Ad nostram 8. validam admittentis professionem factam post decimum quartum annum per susceptionem habitus professorum & post perseverantiam triidui, abrogata est, in sensu, ut supra n. XCVII.

CIV. Decretalis ejusdem relata in cap. Significatum 11. disponentis professionem factam completo anno decimoquarto validam esse quoad viros, si profertur post dictum annum eam ratam habuerit, abrogata est ut supra n. XCVII.

CV. Decretalis Clem. III. relata in cap. Cum virum 12. statuentis professionem factam a muliere post annum decimum secundum completum validam esse, abrogata est, ut supra n. XCVIII.

CVI. Decretalis ejusdem relata in c. Porcellum 13. statuentis valere professionem factam sine susceptione habi-

habitus regularis, abrogata est in sensu, ut supra n. XCVII. Vide Fagn. in hoc eod. cap. a numer. XL. ad XLIV.

CVII. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Ad apostolicam 16. statuentis professionem factam intra annum novitatus validam esse, abrogata est, ut supra n. XCVII. Invalida etiam declaratur cap. Non solum 2. hoc eod. tit. in 6. quo ad Fratres Praedicatorum, & Minores, sed a Bonifacio VIII. cap. Constitutionem 3. eod. lib. 6. declaratum est locum habere in omnibus Mendicantibus, & a Clemente VIII. Constitutum. Cum ad regularem 19. Martii 1603. in omnibus Ordinibus regularibus.

CVIII. Decretalis ejusdem relata in cap. Sicut 17. admittentis professionem factam per receptionem habitus validam esse, licet professus numquam manserit in monasterio, abrogata est, ut supra n. XCVII.

CIX. Decretalis ejusdem relata in cap. Consulti 20. declarantis validam professionem tacite, vel expresse factam intra annum probationis, abrogata est, ut supra numer. XCVII. Nec attendenda est Glossa hic verbo Distinguedum, dicens hanc decretalem fuisse correctam a cap. Statuimus 23. hoc eod. tit. ibi enim idem statuitur.

CX. Eadem Decretalis statuens exeuntem a religione intra annum probationis teneri ad laxiorem transire, si absolute profuerit vitam mutare, abrogata est cit. sess. 25. cap. 15. hanc obligationem excludente, si agatur de simplici proposito, non de voto vitam absolute mutandi.

CXI. Decretalis Greg. IX. relata in cit. cap. Statuimus 23. idem declarantis, abrogata est, ut supra n. XCVII.

Eod. Tit. in 6.

CXII. Decretalis Innoc. IV. relata in cap. Is qui 1. declarantis validam professionem factam intra annum decimum quintum, vel per receptionem habitus professorum, vel per ratificationem professionis factae ante annum decimum quintum: item si quis per totum annum decimum quintum gestaverit habitum communem professus, & non professus: ac etiam si major quatuordecim annis ingressus fuerit religionem, & per annum gestaverit habitum quemodocumque indistinctum, abrogata est, ut supra n. XCVII.

CXIII. Decretalis Alex. IV. (& ut alii volunt Innocentii) relata in cap. Non solum 2. admittentis validam professionem tacite, vel expresse factam a majore quatuordecim annis, abrogata est in sensu, ut supra n. XCVII.

CXIV. Decretalis Bonif. VIII. relata in c. Constitutionem 3. idem admittentis, abrogata est, ut supra n. XCVII.

CXV. Decretalis ejusdem relata in cap. Beneficium 4. statuentis beneficium ingredientis religionem alteri conferri posse, si constet eum absolute vitam mutare voluisse; aut si intra annum probationis professionem emisisset; aut si scienter receperit habitum professorum, abrogata est sess. 25. c. 15. & 16. de Regul. ut supra n. XXII. XCVII.

Eod. Tit. in Clementinis.

CXVI. Decretalis Clem. V. relata in cap. Eos, qui 2. statuentis constitutum in aetate quatuordecim annorum intelligi profertur; si per annum detulerit habitum novitatum non patenter distinctum ab habitu professorum, abrogata est, ut supra n. XCVII.

Tit. XXXIV. De Voto, & Voti Redempti in 6.

CXVII. Decretalis Bonif. VIII. relata in cap. unice. Quod votum admittentis tacitam professionem, abrogata est in sensu explicato, ut supra n. XCVII.

Eod. Tit. in Extrav. Joan. XXII.

CXVIII. Decretalis Jo. XXII. relata in cap. unice. Amique idem admittentis, abrogata est in sensu, ut supra n. XCVII.

P. Regini a S. Erasmo. Pars I.

Tit. XXXV. De Statu Monac. in 6.

CXIX. Decretalis Bonif. VIII. relata in cap. unice. Periculoso statuentis s. Sane sub pena nullitatis receptionis, ut in monasteriis mulierum Ordinum Mendicantium recipiantur tantum quot de ipsorum monasteriorum proventus sine penuria sustentari possint, moderata est sess. 25. cap. 3. de Regul. praescribente novam formam taxationis numeri recipiendorum in monasteriis utriusque sexus, etiam Mendicantium, sine dicta pena nullitatis receptionis.

Circa hanc numeri taxationem praeter decreta Clement. VIII. adest Constit. Pauli V. Sanctissimus 4. Dec. 1605.

Non desunt Canonistae asserentes hanc nullitatis penam etiam abrogatam esse a contraria consuetudine.

Eadem Decretalis admittens tacitam professionem regularem, abrogata est in sensu, ut supra n. XCVII.

Tit. XXXVI. De Religios. domibus.

CXX. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Ne nimia 9. prohibentis Regularibus pluralitatem beneficiorum regularium; & ex contrario sensu eam permittentis Clericis secularibus, derogatum est, ut supra numer. LX. & LXVIII.

Tit. XXXVII. De Capellis Monac.

CXXI. Decretalis Urbani III. relata in cap. In Ecclesiis 1. praecipientis curam secularium incumbentem monasterio non exercendam esse per monachum, sed per Clericum secularem, derogatum est saltem tacite sess. 25. cap. 11. de Regul. statuentem, ut tam secularis, quam regulares hujusmodi curam exercentes sub sint in concernentibus eandem curam discrepantia Episcopo. Ex hoc decreto, & communi observantia patet exerceri posse etiam per regulares.

Eod. Tit. in 6.

CXXII. Decret. Bonif. VIII. relata in c. unice. Presbyteris idem praecipientis, derogatum est, ut supra.

Tit. XXXVIII. De Jure patronatus.

CXXIII. Decretalis Alex. III. relata in cap. Consultationibus 19. declarantis solam possessionem conferre potestatem praesentandi ad beneficium, derogatum est sess. 25. cap. 9. de reform. statuentem hanc non sufficere, sed probandum esse titulum modo ibidem praescripto.

CXXIV. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Cum dilectus 28. admittentis mandata de providendo beneficio primo vacaturo, abrogata est, ut supra n. VI.

Tit. XXXIX. De Consensu.

CXXV. Decretalis Lucii III. relata in cap. Sopite 14. statuentis Archiepiscopum visitare posse indiscriminatum Ecclesias tam seculares, quam regulares suorum Suffraganeorum; & a Regularibus visitatis procuraciones esse solvendas; quo ad primam partem moderata est ut infra numer. CXXVIII. quo ad secundam vero, tam respectu visitationis, quam procuracionis exigenda, nedum ab Archiepiscopis, sed & ab Episcopis attendenda sunt decreta Trident. sess. 25. cap. 20. de Regul. & alia a me relata in Addition. lib. III. tit. 39.

CXXVI. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Cum venerabilis 21. statuentis indiscriminatum semper dandam esse procuracionem Episcopo visitanti, moderata est ut numer. seq. & vide notata in summariis hoc eod. tit. post c. Cum venerabilis 21. & Additiones meas in hoc opere d. tit. post n. 13.

CXXVII. Decretalis Honorii III. relata in cap. Venerabilis 24. praecipientis dandam esse procuracionem Episcopo visitanti Ecclesias civitatis, ubi residet, etiam si nunquam illam recipere consueverit, abrogata est quo ad secundam partem disertis verbis sess. 24. cap. 3. de reform. praecipiente, ut in iis locis, sive

Provinciis, ubi constituendo est nec victualia, nec pecuniam, nec quidquam aliud a Visitatoribus recipi, omnia gratis fiant. Prima vero parti, cum cesset ratio procuratoris danda visitanti Ecclesias civitatis, quia nulle nempe expense fieri debeant pro victualibus, tacite saltem derogatum est a cir. c. 3. ut declaravit Cong. Conc. esse Fagn. in hoc eod. c. n. 15.

Eodem Tit. in 6.

CXXVIII. Decretalis Innoc. IV. relata in cap. Romana 1. tribuentis §. Procuraciones Metropolitanis, Patriarchis, & Prælatibus facultatem visitandi suorum Suffraganeorum Ecclesias, moderata est sess. 24. cap. 3. de reform. hanc restringente ad causas tantum in provinciali synodo approbatas.

CXXIX. Decretalis Greg. X. relata in c. Exigit 2. idem statuentis, moderata est ut supra.

CXXX. Decretalis Bonif. VIII. relata in c. Felicitas 3. idem statuentis, moderata est ut supra.

CXXXI. Decretalis eisdem relata in c. Perpetuo 5. idem statuentis, moderata est ut supra.

Eod. Tit. in Extraog. Comm.

CXXXII. Decretalis Bened. XII. relata in cap. unie. Vas electionis extendentis tempus unius mensis ad duos pro restitutione dupli faciendi a Visitatoribus de iis, quæ indebite occasione visitationis acceperunt, ut supra in Elencho I. n. XLII. & XLIV. derogatum est sess. 24. cap. 3. de reform. statuentem faciendam esse intra unum mensem juxta Decretalem Greg. X. Exigit 2. hoc eod. tit. quam speciatim innovat, ut infra Elencho IV. n. XXII.

Tit. XLV. De Reliquiis, & Venerat. Sanctor.

CXXXIII. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Cum ex eo 2. vetantis venerari sanctorum reliquias de novo inventas, nisi fuerint approbate a Romano Pontifice, moderata est sess. 25. de Invo. Vener. & Reliq. Sanctor. requirente approbationem Episcopi tantum.

Lib. IV. Tit. I. De Sponsalibus, & Matrimoniiis.

CXXXIV. Decretalis Conc. Triburien. relata in c. De Francia 1. statuentis matrimonium solo consensu contrahi, abrogata est sess. 24. cap. 1. de reform. matrim. §. Qui aliter nullum illud declarante, si aliter, quam præsentè Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius, aut Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus testibus contrahatur.

CXXXV. Decretalis Alexand. III. relata in cap. Ad audientiam 4. extendentis impedimentum publicæ honestatis ortum ex sponsalibus contractibus cum consanguinea usque ad quartum gradum, moderata est cir. sess. 24. cap. 3. illud extendente ad primum tantum, si sponsalia valida sint: declarante insuper nullum orti impedimentum, si quacumque ratione nulla sint. Ortum vero ex matrimonio tantum rato extenditur usque ad quartum ex Constit. S. Pii V. Ad Romanum an. 1568.

CXXXVI. Decretalis eisdem relata in c. Sponsam 2. idem impedimentum statuentis, moderata est ut supra.

CXXXVII. Decretalis eisdem relata in c. Veniens 15. statuentis sponsalia de futuro transire in matrimonium per carnalem copulam subsequatam, abrogata est ut supra n. CXXXIV.

CXXXVIII. Decretalis Greg. IX. relata in c. Isqui 30. idem statuentis, abrogata est ut supra.

CXXXIX. Decretalis eisdem relata in cap. Adolescens 32. statuentis invalidum matrimonium ex copula intentata, & non sequuta, ac ex contrario sensu validum, si sequuta sit, abrogata est ut supra.

Eod. Tit. in 6.

CXL. Decretalis Bonif. VIII. relata in cap. unie. Ex sponsalibus statuentis ex sponsalibus de futuro etiam nullis (dummodo non fuerint nulla ex defectu con-

sensus) orti impedimentum publicæ honestatis, & matrimonium dirimere usque ad quartum gradum inclusivè, abrogata est ut supra n. CXXXV.

Tit. III. De Claudefsin. Desponsat.

CXLI. Decretalis Conc. Arclaten. relata in cap. Si quis 1. validum decernens matrimonium clandestinum, dummodo probati possit fuisse contractum, abrogata est ut supra n. CXXXIV.

CXLII. Decretalis Alex. III. relata in c. Quod nobis 2. idem decernentis, abrogata est ut supra.

Tit. VI. Qui Clerici, vel voverit. matrim. contrahere possunt.

CXLIII. Decretalis eisdem relata in cap. Consulitis 4. statuentis susceptionem habitus professorum extra claustra recepti a non habente potestatem incorporandi religioni dirimere in dubio matrimonium contrahendum, sed non contractum; & fortius ex contrario sensu, si suscipiatur ab habente potestatem eisdem extra claustra, abrogata est ut supra n. CXXVII. vide Elencho VI. n. C.

Tit. IX. De Conjugio servorum.

CXLIV. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Ad nostram 4. tribuentis facultatem Legato de latere cognoscendi in sua Provincia, & definiendi causas matrimoniales, & separandi matrimonium in casibus a jure permittis, derogatum est sess. 24. cap. 20. de reform. ipsis hoc prohibente §. Legati quoque.

Tit. XI. De Cognatione spiritali.

CXLV. Decretalis Alex. III. relata in cap. Utrum 1. statuentis filios duorum compatrium natos five ante, five post compaternitatem contractam non possideat invicem copulari, ubi hæc viget consuetudo in vna can. 5. Post susceptum 30. q. 3. abrogata est sess. 24. cap. 2. de reform. matrimonii restringente cognationem spirituales ortam tam ex baptismo, quam ex confirmatione, tantum inter patrimum, & ipsum baptizatum, aut confirmatum, & baptizati, aut confirmati patrem, & matrem: item inter baptizantem, aut confirmantem, & baptizatum, aut confirmatum, baptizatique, aut confirmati parentes.

CXLVI. Decretalis eisdem relata in cap. Super eo 3. idem statuentis, tam respectu matrimonii contrahendi, quam contracti, abrogata est ut supra.

CXLVII. Decretalis Clem. III. relata in cap. Martinus 4. statuentis inter patrem baptizati, & uxorem patris prius ab eo cognitam contrahi compaternitatem efficacem ad matrimonium dirimendum, abrogata est ut supra. Vide declarationem S. Pii V. Elencho VI. n. LIV.

CXLVIII. Decretalis eisdem relata in cap. Contraheo 5. statuentis compaternitatem contrahi per catholicismum in baptismo, & impedire matrimonium contrahendum, abrogata est ut supra.

CXLIX. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Tuas nos 7. statuentis filios duorum compatrium ortos ante compaternitatem contractam inter compadres, vel commatres parentum suorum, contrahere cognationem spirituales dirimentem inter ipsos matrimonium tam contractum, quam contrahendum, & scientem hujusmodi impedimentum teneri illud Ecclesie denunciare, abrogata est ut supra.

CL. Decretalis Greg. X. relata in cap. Ex literis 8. statuentis inter baptizatum, & filium baptizantis orti cognationem spirituales impedientem, & dirimentem matrimonium inter ipsos contrahendum, abrogata est ut supra.

Eod. Tit. in 6.

CLI. Decretalis Bonif. VIII. relata in cap. Ne annus 1. statuentis cognationem spirituales propter susceptionem infantis in baptismo, & confirmatione contrahi etiam inter baptizatum, & filios, ac uxorem suscipientis, abrogata est ut supra.

CLII. De-

CLII. Decretalis eisdem relata in cap. Per catholicismum 2. statuentis ut supra n. CXLVIII. abrogata est ut ibi.

CLIII. Decretalis eisdem relata in cap. Quamvis 3. statuentis per unum tantum patrimum suscipi posse infantem in baptismo, & confirmatione; & si plures suscipiant, omnes contrahere cognationem, derogatum est sess. 24. cap. 2. de reform. matrim. declarante per duos ad summum suscipi posse, quorum unus sit vir, & alter femina: & si plures suscipiant, præter designatos nullam contrahere cognationem.

Tit. XIII. De eo, qui cognovit &c.

Circa cap. Si quis 1. hujus tit. vide notata Elencho I. n. XXII. & Elencho VI. n. LVI.

Tit. XVII. Qui Filii sint legitimi.

CLIV. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Per suas 12. statuentis filium natum ex sponsa de futuro esse legitimum, licet matrimonium in facie Ecclesie nunquam sit publicatum, abrogata est ut supra numer. CXXXIV.

Lib. V. tit. I. De Accusationibus &c.

CLV. Decretalis eisdem relata in cap. Sicut olim 25. præcipiens Concilium provinciale, & synodum diocesanam fieri debere singulis annis, moderata est sess. 24. c. 3. de reform. quo ad Concilium provinciale, statuentem hoc faciendum esse singulis triennis.

Tit. III. De Simonia.

CLVI. Decretalis Alex. III. relata in cap. Etsi 18. declarantis ordinationem non esse simoniacam, si aliquid donatum fuerit non ex pacto, derogatum est sess. 21. cap. 1. de reform. prohibente, ne pro collatione quorumcumque ordinum, & etiam clericalis tonsuræ aliquid accipiatur, licet sponte oblatum. Prohibente insuper sess. 24. c. 18. Examinatoribus synodalibus sub vitio simoniae quidquam recipere etiam sponte oblatum, five ante, five post, occasione examinis. Nota, quod quavis Trident. hic loquitur de solo examine præficiendorum Ecclesiarum parochialibus, intelligi tamen debet etiam de examine ordinandorum, confessoriorum, ceterorumque præficiendorum præbendis Theologie, & Penitentiarie: & Romæ ab Examinatoribus apostolicis præfatur juramentum coram Eminentiissimo Vicario statim ac ad hoc minus deputantur ab eodem Vicario, facto tamen prius verbo cum Pontifice de eorum deputatione, necdum de fideliter hujusmodi munere excrendo respectu quorumcumque examinandorum, sed etiam de nihil omnino recipiendo, licet minimum, tam ante, quam post examen.

CLVII. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Ad apostolicam 42. permittentis aliquid accipi posse pro Sacramentorum collatione juxta piæ consuetudines, quas præcipit observari, derogatum est, quo ad collationem Ordinis, ut supra n. CLVI.

Tit. V. De Magistris.

CLVIII. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Quia nonnullis 4. decernentis inter cetera magistrum grammatices in cathedrali, vel collegiata Ecclesia eligendum esse ab Episcopo de consensu Capituli, moderata est sess. 5. cap. 1. de reform. statuentem eligendum esse de consilio tantum.

CLIX. Eisdem Decretali statuenti magistro theologiae eligendo in Ecclesiis metropolitanis assignandos esse proventus unius præbende, ita tamen ut non efficiatur canonicus, sed tandiu eos percipiat, quamdiu perstiterit in docendo, viderit derogatum esse cir. cap. 1. vers. In Ecclesiis præcipiente, ut ubi nulla præbenda, aut presbiterium, seu stipendium deputatum reperitur, præbenda quomodocumque primo vacatura, non tamen per resignationem, ad usum lectoris theologiae ipso facto perpetuo constituatur, & deputata intelligatur: & ita canonicus efficiatur vide Elencho VI. n. III.

P. Remigii a S. Erasmo. Pars I.

CLX. Eadem Decretalis præcipiens constituendos esse duos magistros in Ecclesia metropolitana, unum theologiae, alterum grammatices, moderata est loc. cit. mandante in qualibet Ecclesia, seu metropolitana, seu cathedrali, seu collegiata, etiam nullius diocesis, si sint loca insignia, vel populosa, solum consensu theologum cum assignatione præbende primo vacaturæ, Et si eandem Ecclesiarum proventus fuerint tenues, vel multitudo cleri, & populi sit tam exigua, ut theologi electio commode fieri nequeat, tunc mandatur, ut saltem sit magister grammatices: & sic in defectum theologi tantum.

CLXI. Decretalis Honorii III. relata in cap. Super specula 5. statuentis docentes theologiam, eique studentes in publicis scholis posse in absentia per quinquentium percipere integros fructus suarum præbendarum, & beneficiorum, moderata est sess. 21. cap. 3. de reform. quando redditus omnes consistunt in distributionibus, cum tunc ex pluribus decretis Cong. Conc. relatis a Fagnan. cir. cap. Licet numer. 97. & 99. tam dicti lectores, & studentes, five legant theologiam, five jus canonicum, & respective student, quam absentes pro servitio Episcopi, vel Ecclesie percipere debent duas tertias earundem distributionum partes, utpote subrogatas in locum fructuum præbende, si isti aut nulli sint, aut admodum tenues, omnia tertia inservientibus accrescenda; ut in hujusmodi Indultis semper servat eadem Congreg. juxta generale decretum Innocentii XII. promulgatum in ejus Bullario. Hujusmodi Indulto ex pluribus pariter eisdem Congreg. decretis relatis a Fagn. cir. cap. Super specula frui possunt etiam publici Lectores, si legant in civitate, in cujus cathedrali sitæ sunt illorum præbende.

Tit. VII. De Hereticis in 6. & ibi Tit. II.

CLXII. Decretalis Greg. IX. relata in c. Quoniam 1. decernentis deveniri posse ad degradationem præsentibus etiam laicis, ampliat est sess. 23. c. 4. de ref. ut infra n. CLXXV.

CLXIII. Decretalis Clem. IV. relata in cap. Ut officium 11. admittentis §. Compeñendi Predicatores questuarios, derogatum est ut infra n. CLXXVII.

Tit. XVII. De Raptoribus.

CLXIV. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Accedens 7. declarantis validum matrimonium contractum cum raptore, si adit consensus rapte, derogatum est sess. 24. cap. 6. de reformat. matrim. illud nullum decernente, quamdiu rapta manserit in potestate raptoris.

Tit. XXXI. De Excessibus Prelat.

CLXV. Decretalis eisdem relata in cap. Accedens 12. statuentis jus cognoscendi causas matrimoniales acquiri posse necdum ex speciali privilegio, sed etiam ex alia legitima causa, idest ex consuetudine, vel prescriptione, ut exponit Gloss. final. & Innoc. hic, derogatum est sess. 24. cap. 20. de reform. hanc consuetudinem abrogante. Quæ tamen teneret si esset immemorabilis, ut declaravit Cong. Conc. esse Fagnan. hoc eod. c. n. 6.

Eodem tit. in 6.

CLXVI. Decretalis Bonifacii VIII. relata in cap. unie. Cum ex eo statuentis ut infra n. CLXXVII. moderata est, ut ibi.

Tit. XXXIII. De Privilegiis.

CLXVII. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Tuas nos 11. permittentis questores elemosinarum cum predicationis officio, derogatum est sess. 21. cap. 9. de reformat. præcipiente eorundem nomen, & usum ubique abolendum vide Elencho VI. numer. VIII. Nequeunt tamen regulares mendicantes prohiberi ab Episcopo, ut cum licentia suorum superiorum eidem ostent-

obedienda per se ipsos eleemosynas quaerant intra diocesis, ubi eorum monasteria sita sunt. Extra diocesis vero requirunt etiam consensu Diocesani.

CLXXVIII. Decretalis Honorii III. relata in cap. in his 30. statuentis privilegias posse ubique celebrare in altari viatico, etiam sine licentia Praetorum, abrogata est sess. 22. in decr. de obser. & vitan. in celeb. miss. Quo Trid. decreto sublata est etiam Episcoporum facultas, quam habebant ex dispositione can. Misericordiam 12. de consecra. dist. 1. indulgenti, ut missae sacrificium celebrari possit in privatis domibus. De hac facultate, & altari viatico vide Additiones mens. lib. III. tit. XXI. n. 2.

Eodem Tit. in 6.

CLXIX. Decretali Alex. IV. relata in cap. Abbas 3. juncta Glos. verb. Tonsuram facultatem dantis Abbatis conferendi tonsuram, & ordines minores, ac dimissorias concedendi secularibus, in quos habent ecclesiasticam, & quasi episcopalem jurisdictionem, vel ex Sedis apostolice indulto, derogatum est sess. 23. c. 10. de refor. statuente, ne Abbates, aut alii quibuscumque quantumvis exemptis liceat imposterum intra finem alicujus dioc. existentibus (etiam nullius dioc., vel exempti esse dicantur) quibuscumque regulares subditi sibi non sint, tonsuram, vel minores ordines conferre: nec idem Abbates, alique exempti, aut collegia, vel capitula quocumque etiam cathedralium, litteris dimissorias aliquibus Clericis secularibus, ut ab aliis ordinantur concedant: sed haec omnia ad Episcopos intra quorum diocesis fines iidem existunt, pertinent; non obstant quocumque privilegio, praescriptione, aut consuetudine etiam immemorabili.

Vi hujus decreti nequeunt Abbates cujuscumque sint generis, habentes plenam jurisdictionem episcopalem, in clerum, & populum cum territorio separato, ac nullius etiam diocesis existentes, concedere dictas dimissorias, secluso privilegio apostolico post Tridentinum specialiter obtento juxta constantiam Cong. Conc. sententiam, ut ex pluribus ejusdem resolutionibus relatis a Fagn. in cap. Significasti de offic. Archid. nu. 12. & seq. ac in Theaur. Resolut. in Nullius, seu Brittonen. 21. Januarii 1719. & novissime a Benedict. XIV. de Synodo dioces. edit. an. 1755. lib. II. c. II. n. 15. & seq.

Neque iidem initiare possunt prima tonsura, minoribusque Ordinibus sibi non subditos tam seculares cum specialibus dimissorialibus sutorum Episcoporum, quam Regulares alieni Ordinis, ad illos expresse missos ab eorumdem ordinandorum Superioribus de consensu Episcopi diocesani, ut olim fieri posse censuit Cong. Conc. 11. Julii 1572. prout ex lib. 1. litterarum ejusdem Cong. pag. 450. & mense Augusti 1586. lib. 4. decret. pag. 171. juxta posteriorem ipsius resolutionem 13. Novemb. 1641. approbatam ab Urb. VIII. ad trinitates decisionis Rota 995. coram Seraphino, a qua jussu Clem. VIII. 27. April. 1592. haec questio ad trinitatem revocata fuerat, ut videre est in synodo dioc. loc. cit. n. 12.

Concedere tamen possunt, & debent litteras testimoniales, sive commendatitias; quae quidem diversae sunt a litteris dimissorias. Regulares vero eas tantum concedere possunt suis subditis iisdem regularibus solum Episcopo diocesano dirigendas, ut ex cit. sess. 23. c. 8. nisi in casu, de quo in nostro Auctore lib. 1. tit. 11. n. 12. vide Fagn. cit. c. Significasti.

Eodem Tit. in Clementinis.

CLXX. Decretalis Clem. V. relata in cap. Religiosae 1. insignitis penam excommunicationis ipso facto Papae reservatae in Religiosis praesumentes matrimonia solemnizare sine parochi licentia, moderata est sess. 24. cap. 1. de reform. matrim. insignite penam tantum suspensionis ipso facto pariter incurrende, duraturae arbitrio Ordinarii illius parochi, qui matrimonio interesse debet, seu a quo beneficio suscipienda erat. Theaur. de pen. verb. Matrimonium c. 1. etiam ex Responso Cong. Conc.

Eod. Tit. in Extravag. Commun.

CLXXI. Decretalis Benedicti XI. relata in cap. Inter omnes 1. concedentis §. Ideoque Fratris Praedicatorum & Minorum facultatem ubique praedicandi verbum Dei absque Ordinationum petita licentia, abrogata est sess. 5. cap. 2. & sess. 24. cap. 4. de refor. praecipiente, ne illis regularis praedicare praesumat etiam in Ecclesia sui Ordinis, contra dicente Episcopo. Vide Elencho VI. n. VII.

CLXXII. Eadem Decretalis concedens §. Sed quia facultatem iisdem Regularibus audiendi secularium confessiones sine Ordinationum approbatione, abrogata est pariter sess. 23. cap. 13. de ref. statuente, ne ullus presbyter etiam regularis eas audire possit, etiam si agatur de audienda sacerdotum confessione sine eorumdem Ordinationum approbatione, qui possunt, si velint, illum examinare.

CLXXIII. Decretalis Eug. IV. relata in cap. Divina 3. eximentis ab Ordinationum jurisdictione Clericos curiales beneficiatos, indigentisque penas ipso facto incurrendas Papae reservatas excommunicationis, suspensionis, & interdicti contra eosdem Ordinatores privatas beneficio dictos Clericos, aut se immiscuentes in causis beneficiorum eorumdem, derogatum est sess. 24. c. 11. de reform. decernente privilegia, quae competere solent residentibus in Curia Romana in vim hujus Eugenianae constitutionis non habere locum in obtinentibus beneficia ecclesiastica, quin ipsorum Ordinationum jurisdictioni subiecti remaneant; nec insuper habere locum in parochis non residentibus sess. 23. c. 1. de ref.

Tit. XXXVII. De Penit.

CLXXIV. Decretalis Alex. III. relata in cap. Licet 3. tribuentis facultatem Archidiacono procedendi in causis criminalibus tam contra Clericos, quam contra laicos, abrogata est, ut supra n. XXXV.

Eod. Tit. in 6.

CLXXV. Decretalis Bonif. VIII. relata in cap. Degradatio 2. praesentis veralem degradationem sacerdotis fieri debere coram proprio, & sex aliis Episcopis: Diaconi vero, vel Subdiaconi coram tribus Episcopis, & proprio, & degradationem constitutum in minoribus coram solo Episcopo, moderata est sess. 13. cap. 4. de ref. restringente numerum Episcoporum in degradatione actuali, & solemnem ad solum proprium Episcopum coram sex Abbatibus solum mitti, & baculi ex apostolico privilegio habentibus, si commode interesse possint: sin minus coram aliis in ecclesiastica dignitate constitutis. In degradatione vero verbali etiam coram ejus Vicario.

Eod. Tit. in Clementinis.

CLXXVI. Decretalis Clem. V. relata in cap. Capientes 3. statuentis, ut Regulares juxta cap. unic. Cum ex eo de excess. Praet. in 6. sub pena excommunicationis ipso facto incurrendae nequeant nova loca recipere sine speciali Sedis apostol. licentia, moderata est sess. 25. cap. 3. de Regul. decernente, ne hujusmodi loca erigantur sine licentia Episcopi diocesani.

CLXXVII. Idem statuitur a Gregor. X. cap. Religionum §. Confirmatos de Relig. domib. in 6. sed vide notata Elencho I. n. LXIV. & Elencho VI. num. LXXXV.

Tit. XXXVIII. De Penit. & Remis.

CLXXVIII. Decretalis relata in cap. Manifesta 1. praecipiens dandam esse publicam penitentiam pro peccato manifesto, moderata est sess. 24. cap. 8. de reform. remittente arbitrio Episcopi cum commutandi in secretam, si ita magis judicaverit expedire. An autem tam simplices confessarii, quam principales Episcoporum penitentiarum possint hanc penitentiam injungere Cong. Conc. 22. Martii 1614. fuit potius pro

negat.

negativa sententia: quamvis tutius censuerit abstinere ab hujus dubii resolutione.

CLXXIX. Decretalis Innoc. III. relata in c. Omnis universae fidei 12. statuentis, ut sacerdos alienus audire possit confessiones de licentia proprii sacerdotis, si agatur de licentia data a proprio parochi, abrogata est, ut supra n. CLXXII.

CLXXX. Decretalis ejusdem relata in Cap. cum ex eo 14. admittentis quoties eleemosynarum, ut supra num. CLXXVII. derogatum est, ut ibi.

Eodem Tit. in 6.

CLXXXI. Decretalis Innoc. IV. relata in cap. Romana 1. idem admittentis, abrogata est, ut supra.

Eod. Tit. in Clementinis.

CLXXXII. Decretalis Clem. V. relata in c. Absolutionibus 2. idem admittentis, abrogata est, ut supra.

Tit. XXXIX. De Sent. Excomm.

CLXXXIII. Decretali Innoc. III. relata in cap. Conringit 45. statuentis, Clericum non reatimentem habitum, & tonsuram post tertiam monitionem amittere privilegium clericale, partim derogatum est, & partim ampliata sess. 23. cap. 6. de reform. declarante Clericos in minoribus non beneficiatos non gaudere privilegio fori, si praeter habitum, & tonsuram non inserviant alicui Ecclesiae. Nec ad hoc requiritur trina

monitio ex decreto Congr. Conc. relato a Fagnan. in cap. Si quis 1. de foro compet. n. XXXI.

CLXXXIV. Decretalis ejusdem relata in cap. Sacro 48. statuentis excommunicationem ferri debere, praemissa trina monitione, vel una pro omnibus cum aliquot dierum intervallis ex manifesta, & rationabili causa, nulla facta distinctione casuum, moderata est sess. 25. cap. 3. de ref. praecipiente. 1. ne in causis civilibus feratur, nisi quando adest contra Judicem contumacia. 2. neque in criminalibus, nisi praeter contumaciam, delicti qualitas id postulet. 3. ut in utriusque feratur tantum in subsidium, quando scilicet exequutio personalis, vel realis facile haberi nequeat. 4. ut sufficiat bina monitio, etiam per solum edictum sine personalis citatione. Ceterum excommunicatio lata, hac forma non servata, ex sententia Cong. Conc. teste Fagnan. hoc cod. cap. n. 26. valida esset.

Eod. Tit. in 6.

CLXXXV. Decretali Greg. X. relata in c. Confirmationem 9. idem generaliter statuentis, derogatum est 1. ut supra.

Tit. XL. De Verbor. Significatione.

CLXXXVI. Decretali Innoc. III. relata in c. Olim 16. statuentis Canonici gaudentibus privilegio percipiendi fructus in absentia deberi sine diminutione distributiones quotidianas quando redditus omnes praebendarum consistunt in dictis distributionibus, derogatum est, ut supra n. CLXI.

ELENCHUS III.

Decretalium ampliatarum a Sac. Concilio Tridentino.

Lib. I. Tit. III. De Rescriptis in 6.

Decretalis Bonif. VIII. relata in cap. Statutum 11. praecipiens §. 1. causas committendas a sancta Sede, vel ejus legato committi debere obtinentibus dignitatem, vel Canonatum in Ecclesia cathedrali, ampliata est sess. 25. cap. 10. de reform. mandante ulterius hos designandos esse a synodo provinciali, vel diocesana numero saltem quatuor, ex quibus uno mortuo, ut alias deficiente, alius subrogetur vel in proxima synodo, vel ab Episcopo cum consilio capituli; ita ut delegaciones quocumque aliis factae subreptitiae censentur.

Eod. Tit. in Clementinis.

II. Decretalis Clem. V. relata in cap. Et si 2. statuentis casuum commissiones, de quibus supra, committi posse Vicario generali Episcopi, vel etiam regulari habenti conventuale prioratum, ampliata est, ut supra.

Tit. IV. De Consuetudine.

III. Decretalis Innoc. III. relata in cap. Quando 4. statuentis consuetudinem non posse operari, ut Clericus non Episcopus possit exercere, quae sunt ordini Episcopali reservata, ampliata est sess. 7. cap. 3. de confirmat. insignite ulterius excommunicationem late sententiae in contrarium asserentes.

Tit. XI. De Tempor. Ordinari. in 6.

IV. Decretalis Greg. X. relata in cap. Eos, qui 2. insignitis penam suspensionis per annum a collatione Ordinum in praesumentem scienter, seu affectata ignorantia, vel quocumque alio quasto figmento ordinare Clericos alienae diocesis sine dimissorialibus, aut licentia suorum Ordinariorum & statuentis sic ordinatos ligari penam a jure statutis, ampliata est sess. 6. c. 5. &

sess. 23. cap. 8. de reform. declarante ordinantem dictam penam ipso facto incurere, etiam citra praesumptionem; & sic ordinatos tam in minoribus, quam in sacris ipso facto incurere suspensionem ac executionem Ordinum susceptorum arbitrio proprii Ordinarii duraturam.

V. Circa simoniace Ordinantes, & Ordinatores vide notata Elencho VI. n. XXVII.

VI. Decretalis Bonif. VIII. relata in cap. Nullus 4. prohibentis infantem initiari prima tonsura, nisi religionem intret, ampliata est sess. 23. cap. 4. de reform. praecipiente ulterius neminem ea initiandum, nisi praeter alia requisita confirmationis sacramentum susceperit. Nulla tamen ibi infligitur censura, si secus fiat.

Tit. XVII. De Filiis Presbyterorum.

VII. Decretalis Alex. III. relata in cap. Ad presentiam 2. prohibentis filio sacerdotis illegitimo retentionem beneficii in eadem Ecclesia, in qua pater ministravit, ampliata est sess. 25. cap. 15. de reform. hanc prohibitionem extendente ad filium illegitimum cujuscumque Clerici: prohibente insuper, ne in eadem Ecclesia quoquo modo ministret, & pensiones obtineat super beneficio, quod pater habet, vel obtinuit.

Tit. XXXI. De Offic. Juvis. Ordinar. in 6.

VIII. Decretalis Greg. X. relata in cap. Ordinarii 3. statuentis, ne plura incompatibilia beneficia in primo genere a legitimis collatoribus tamquam vacantia conferantur, nisi ea obtinentes ostendant Ordinarius dispensationem Apostolicam pro eorum retentione intra tempus ab iisdem Ordinariis assignandum, ampliata est sess. 7. cap. 5. de reform. idem decernente quoad beneficia incompatibilia in secundo genere.

Lib. III.